Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et ab omnibus meis salvus ero. In nomine
patris et filij et spiritus sancti. Sanguis domini
nostri ihesu xpi prosit mihi in redemptionem
omnium peccatorum meorum. Corpus tuum domine ihesu
xpe quod ego miser accepi et sanguis tuus
quem ego indignus potavi adherant in
visceribus meis ad sanitatem anime et corporis
mei et pro omnibus per me tibi non sit peccatum ma
nsi vbi tam pura et sancta intraverit sa
lutaria sacramenta. Per eundem xpm dn.n.
Quod ore sumpsimus domine cum pura mente
capiamus et de munere temporali fiat nobis
remedium sempiternum. Tam corpus eius
corpori meo sociatum est et sanguis eius
adhaerit visceribus meis. Lavetur per spi
ritum domini et lumina oculos meos et aures
lavet et vidi et credidi deo. Benedicta si
lua tua adhuc quia portat fructum vite eternum